


**255** Clementhorpe, quod est suburbium Eburacense; fragmentum tabulae lapideae, in museo Eburacensi.

FIL·V·AN XIII  
VITELLIA PRO  
CVLA MATE  
MP·T

Descripti. Kenrick *proceedings of the soc. of antiqu. ser. II* 3, 1865 p. 202, *gent. mag.* 19, 1866 p. 63, qui in fine ita legit MATER|P·F·P; catalog. p. 35, 22\*. Fortasse in lapide erat F·P·F filiae piissimae fecit.

In fine adduntur litterae noviciae quattuor A·M·P·C, quas Kenrick recte ita explicat Ave Maria plena gratia.

**256** Fragmentum (n. 29) in museo, litteris evanidis.



Descripti et ectypum sumpsi.


**257** Cippus anaglypho ornatus, in museo (catalog. n. 8).

vir tunicatus, sagu humeros tectus, dextra baculum, laeva volumen(?) tenens, cum pueru patris tunicam prendente, qui laeva quasillum tenet

Descripti.


d M

**258** Fragmenta duo servata in museo, fortasse lapidis eiusdem.



Descripti.

**259** Fragmenta varia, in museo.



Descripti.

### XXIII. ISVRIVM?

(*Aldborough et Boroughbridge*).

Accedunt *Malton cum Norton et Eastness, Hazlehead, Ravenhill*.

Prope Aldborough ad confluentes Yore et Swale rivos, ab Easingwold oppido ad occidentem, diu est quod reliquiae castrorum Romanorum observatae sunt (Goughs Camden 3 p. 241. 299) cum parietinis villarum rusticarum, in quibus pavimenta tessellata et reliqua vitae Romanae vestigia comparuerunt (cf. *assoc. journ.* 5, 1850 p. 73 ss.). Conveniunt ea, ut videntur, cum situ Isurii oppidi Brigantum, cuius Ptolemaeus (2, 3, 16 Ισουριον) et itinerarium (p. 465, 3. 468, 3. 476, 1 ubi *Isu brigantium traditur corrupte*) meminerunt; collocatur enim ab Eburaco m. p. XVII in via versus septentriones ad vallum ducente (apud Ravennatem aut omisum est aut latet in corruptelis). Prodierunt ibi inter alia columnae miliariae duea infra edendae. Descripsit reliquias illas omnes accurate

1. Henricus Ecroyd SMITH (reliquiae Isurianae; *the remains of the Roman Isurium, now Aldborough, near Boroughbridge, Yorkshire*. Lond. 1852 fol.; cf. *assoc. journ.* 5, 1850 p. 401. 6, 1851 p. 160). Praeter anaglyphum titulo carens (*Yorksh.* 7) fragmentum tantum tituli ibi reperatum HORSLEIO iam notum erat (n. 262); reliqui tituli tres (n. 260. 261. 263) debentur Smithio soli.

2. Contra fidendum non est narrationi Thomae GILL (vallis Eboraensis, *comprising the history and antiquities of Easingwold and its neighbourhood*. Lond. 1852 8.); nam incertas tantum profert coniecturas (cf. Th. Wright *wanderings* p. 251) neque titulos respexit.

Repertum est ibi praeter alia pavimentum tessellatum, in quo repraesentati erant homines varii uno ordine incidentes; viri volumen tenentis imago integra superest, feminae stolatae dimidiata; iuxta hanc scriptum fuisse traditur tituli Graeci initium, ut videtur, hoc

**260** Aldborough, fragmentum latum dig. 10, of lime stone.

I·O·M·ET  
M A T R I B  
M

H. Ecroyd Smith rel. Isur. p. 45 tab. 21 fig. 3.

**261** Ara rep. ploughing between Aldborough et Boroughbridge.

D M  
V S L L

H. Ecroyd Smith rel. Isur. p. 45 tab. 21 fig. 6 qui dedicationem non integrum esse perspexit.

**262** Boroughbridge, upon a stone in the outside of a garden wall, facing one of the streets HORSL. In the garden wall of the old family mansion of the Tancreds, postea the Crown Inn; periit washed out of the wall on the occurrence of a high flood in 1822 SMITH.

Δ V R  
V I X  
T · AN  
N O  
5 AN · V

Th. Gale it. Ant. p. 18 (inde H. Ecroyd Smith rel. Isur. p. 46 tab. 21 fig. 8); Horsley p. 307 Yorksh. 6. 1 AVF, 3 TAN, 4 NO, 5 TAN Gale.

€ A H  
€ ω N

(H. E. Smith rel. Isur. tab. XVIII; inde Wright *wanderings* p. 241; A. S. Lawson *assoc. journ.* 20, 1864 p. 39 ss.).

Addidi titulos fere singulares locorum non ita procul ab Isurio sitorum, qui quibusnam oppidis antiquis convenient ignoratur, cum viae Romanae nullae per regiones illas in itinerariis indicate sint. Ex Malton prodidit nuper tituli duo (n. 263 a et b), quorum ectypa mecum communicavit A. W. FRANKS amicus Londiniensis; servantur illi in museo urbis Whitby. Qui circa New Malton siti sunt loci, Norton et Eastness, ad confluentes fere fluviorum Rye et Derwent, titulum unum tantum militarem protulerunt equitis singularis (n. 264). Reliquorum duorum alter (n. 265) vitae municipalis testimonium in regionibus illis tam singulare exhibet, ut futuros esse putem qui de origine eius externa, fortasse urbana, cogitent; tamen nihil est cur in ecclesiae Nortonensis parietes eum pervenisse ex locis longinquis credamus. Alter sepulcralis simplex est (n. 266). — Ad viam Romanam, quae a Malton septentrionem versus et ad oram maritimam orientalem ducebat, pertinet fragmentum detectum ad Hazlehead (n. 267). Singularis est titulus repertus in ipsa ora illa medio fere itinere inter Scarborough et Whitby, ad promontorium Old Peak dictum et sinum maris Robin Hood Bay; videtur enim demonstrare, quanquam incertae interpretationis est, fuisse ibi ad Ravenhill castrum Romanum saeculo quinto sexto. Titularum reliquorum auctores noti sunt; hunc servantur Whitby oppidi historiographi ibi indicati. Ego nullum eorum vidi.

**263** Aldborough. Num extet nescio.

D M  
FIL·CVIE  
COLVGS  
KARIS  
5 C · M · P  
F · CVR

'Viator militaris' gent. mag. 81, 1811 II p. 312 (inde H. Ecroyd Smith rel. Isur. p. 46 tab. 21 fig. 4; Wright *wanderings* p. 249). Explicatio v. 2 incerta est.

D(is) M(anibus) Filo[m]ena[e] co[i]ug[i]s karis(simae). C. M(anlius) P(rimus) [vel similia] f(aciendum) c(uravit)